

FB, 240: erit quod ex AF, 3323329: quod uerò ex FB, 75600. Erit itaq; quod ex AB, 3380929: quorum radix,  $1838\frac{2}{11}$ , paulò exuperantior: reddit enim  $33831252\frac{37}{121}$ . Quare AB ad BF, rationem habet minorem, quàm  $1838\frac{2}{11}$  ad 240.

Si utrinq; auferamus  $\frac{2}{11}$ .) Vbi enim sola proportio quaeritur, tum nobis paramus Numeros quàm commodissimos. Ea uerò inter Integros, eosq; minimos, clarior elucet. Atqui tantundem sunt 1823 ad 240, quantum  $5924\frac{3}{4}$  ad 780. Hæc autem reductio in superioribus facta non est, quòd Numeri non essent ad communem aliquem Diuisorem accommodati. Ratio autem eiusmodi Diuisoris docetur in Arithmeticis.

Tertiò diuidatur angulus BAF mediùs, per lineam AG: & erit, ut antehac, ob Triangulorum similitudinem, componendo & permutando, sicut ambæ FAB ad FB, ita AG ad GB. Et quoniam ipsa FA ponitur 1823, ipsa uerò AB  $1838\frac{2}{11}$ : est autem FB, 240. ambæ igitur FAB ad FB, quapropter & AG ad GB, minorem habent rationem, quàm  $3661\frac{2}{11}$  ad 240. Et quoniam ipsorum  $3661\frac{2}{11}$  quadraginta undecimæ, faciunt 1007: itemq; ipsorum 240 quadraginta undecimæ, faciunt 66: ipsa AG ad GB rationem habet minorem, quàm 1007 ad 66. Id autem quod ex AG, est 1014049: & quod ex KB, 4356. Quibus quum sit æquale id quod ex AB, erit quod ex ipsa AB, 1018405: quorum radix,  $1009\frac{1}{6}$ , propinqua: reddit enim sua multiplicatione,  $1018417\frac{13}{36}$ . Quare ipsa AB ad BG rationem habet minorem, quàm  $1009\frac{1}{6}$  ad 66.

Demùm diuidatur bifariàm angulus BAG, ducta AH. Eritq; sicut hæctenus, ob similitudinem Triangulorum, ut ambæ GAB ad GB, ita AH ad HB. Est autem ipsa AG minor quàm 1007, & AB minor quàm  $1009\frac{1}{6}$ : ipsa uerò GB, est 66. Ambæ igitur GAB ad GB, quapropter & AH ad HB, rationem habent minorem, quàm  $2016\frac{1}{6}$  ad 66. Habeatur itaq; AH pro  $2016\frac{1}{6}$ , & HB pro 66. Et erit quod ex ipsa AH,  $4064928\frac{1}{6}$ : & quod ex HB, 4356: quapropter erit quod ex AB,  $4069284\frac{1}{6}$ : quorum radix,  $2017\frac{1}{4}$ , propinqua: reddit enim in se ducta,  $4069297\frac{2}{6}$ . Quare ipsa AB ad HB rationem habet minorem, quàm  $2017\frac{1}{4}$  ad 66. Econtrariò igitur ipsa HB ad AB rationē habet maiorem, quàm 66 ad  $2017\frac{1}{4}$ .

Iam uerò quum Peripheriæ pars sexta sit BC: erit duodecima, BD: & uigesimaquarta, BF: & quadragesimaoctaua, BG: deniq; nonagesimasexta, BH. Est itaq; BH, latus Polygoni 96 laterum: quæ & ipsa est 66. Proinde Polygoni ambitus omnino est 6336 (ductis scilicet 96 in 66.) Ipse igitur Polygoni ambitus ad Circuli Diametrum, rationem habet minorem, quàm 6336 ad  $2017\frac{1}{4}$ , minorem scilicet, quàm triplam superdecupartientem se-

c ptuagesimas